

stente neque alterum existit, nulla ergo obiectio vanusque Aristotelis in ea prosequenda [339] labor fuit.

Ridiculum vero est id, in quo 1. Physici capite 9. eum increpat: τὴν γὰρ ἐτέραν παρῆιδεν – τὴν στέρησιν, *Alterum enim praeteriit scilicet privationem.* Quo namque modo entium principium sit id, quod ex sui sententia eodem loco sit, non ens per se? Non ens autem per se, quid aliud homini mente compoti, sonat quam quod (nihil) dicimus, ex nihilo autem aliquid fieri et rerum naturae et priscis philosophis omnibus et suo ipsius dogmati repugnat.

Sed ne hoc quidem tam praeclarum inventum Aristotelis est: sed Hippocratis, ex cuius libro De arte ipse transcripsit, uti antecedenti tomo ostendimus.

Non minus detorta est illa etiam Platonis reprehensio, quae est libro 2. De generatione capite primo:<sup>10</sup> *Sicuti vero in Timaeo scriptum est, nullam habet determinationem: non enim dixit clare πανδεχες (omnia susceptivum) an separatur ab elementis neque utitur ullo, cum dixisset esse subiectum vocatis elementis antea veluti aurum operibus aureis, cum tamen hoc non recte dicitur, hoc modo dictum sed quorum est alteratio ita est, quorum vero generatio et corruptio impossibile illa appellare, ex quibus genita sunt, cum tamen dicat, longe verissimum esse dicere aurum unumquodque esse, sed elementa cum sint solida, usque ad superficies facit resolutionem, impossibile autem<sup>vi</sup> materiam primam superficies esse.*

<sup>10</sup> ὡς δ' ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται, οὐδένα ἔχει διορισμόν. οὐ γὰρ εἶρηκε σαφῶς τὸ πανδεχές, εἰ χωρίζεται τῶν στοιχείων. οὐδὲ χρήται οὐδέν [οὐδενί], φήσας εἶναι ὑποκείμενον {τι} τοῖς καλουμένοις στοιχείοις πρότερον, οἷον χρυσὸν τοῖς ἔργοις τοῖς χρυσοῖς. καίτοι {καί} τοῦτο οὐ καλῶς λέγεται τοῦτον τὸν τρόπον λεγόμενον, ἀλλ' ὧν μὲν ἀλλοίωσις, οὕτως ἐστίν, ὧν δὲ γένεσις καὶ φθορά, ἀδύνατον ἐκεῖνο προσαγορεύεσθαι ἐξ οὗ [ῶν] γέγονεν. Καίτοι γέ φησι μακρῶ ἀληθέστατον εἶναι χρυσὸν λέγειν ἕκαστον εἶναι. Ἀλλὰ τῶν στοιχείων ὄντων στερεῶν, μέχρι ἐπιπέδων ποιεῖται τὴν ἀνάλυσιν. ἀδύνατον δὲ {τὴν τιθήνην καὶ} τὴν ὕλην τὴν πρώτην τὰ ἐπίπεδα εἶναι. [ARIST. G C 329a.13 – 24]

<sup>vi</sup> U grčkom citatu nedostaje: τὴν τιθήνην καὶ i nije prevedeno.